

conditi sunt à Deo confirmati , perstiterunt.

5 Angelorum bonorum officium duplex est , vel erga Deum, vel erga homines.

6 Erga Deum vicissim duplex est : vel enim Deo serviunt , mandata ejus expediendo, vel Deum colunt, magnalia ejus celebrando.

7 Erga homines etiam duplex est: 1. Electis ministrare. 2. malos punire. Boni enim Angeli non tantum sunt beneficentiae dispensatores, sed & interdum vindictæ administri.

8 Sanctorum hominum spiritus gloriose in cœlis cum Christo tanquam ejus cohæredes viventes, & corporibus rursus uniti, æternum victuri, etsi honorificè memorandi & studiosè imitandi, non tamen invocandi, atque nec religiosè nec politicè sunt colendi.

L o c u s III.

De

Militibus Ecclesie militantis.

Aphor.
I.

Post Ecclesiam triumphantem sequitur militans, cujus distinctè considerabimus

mus